

Opus utile de cautelis Medico re-  
editū a clarissimo philosopho ac me-  
dico Magistro gabriele zobo uero-  
nense theorice medicine ordinari-  
am studii patauini publice legente  
sub āno domini. M. cccc. lxxxv.

Prologus.



Effectum Medici regimē  
ī actu eius operatiuo sicut  
& uiuendi hominis mo-  
dus completur p rōnem arte pfectā.

Humanū. n. genus arte & rōnibus  
uiuūt primo methaphisice. Perfici-  
tur aut ratio p artem medicinalem  
cū obseruatione diligenti canonum  
tam ptis theorice: q̄ practice medici-  
ne. Hōrē uero obseruatio diligēs  
potissime adimpletur triplici instru-  
mēto. Primo iuocatione diuini au-  
xilii qd̄ p̄ceptum nobis insinuat p̄n-  
ceps prima p̄mi dū ait Inprimis deo  
gratias agāus &c. Et haliabas pri-  
mo regalis dispositiōis dum inquit  
hominē medicum ad deum esse su-  
spicientem. Et Ioannes Mesue  
de appropriatis: Deum o medice in  
cunctis prepone &c. Secūdo uero  
adimpletur conatu uoluntatis: stu-  
dio: & diligētia ut neq; die: neq; no-  
cte studium ītermittatur: Sed lectio-  
ne assidua: & meditatiōe indefinen-  
ti: quum meditatio clauis existit sa-  
pientie. Inde haliabas loco allega-  
to: Oportet medicum magis lectio-  
ne occupari: studioq; consideratio-  
nis librorum medicine: nec negli-  
gat: aut fastidiat eos quotidie lege-  
re. Et damascenus in afforismis ha-  
bundanter libros peritorum uiroꝝ  
legere & eorum secreta discutere iu-

uat hoiem sapiētē. Tertio adim-  
pletur obseruatione Canonū medi-  
cinalium diligenti euitatione false  
doctrine: nec non deceptionis: & in-  
famie nōnunq; ut q̄ cōtingentiū in  
actu opatiuo medici. Non. n. oportet  
cuicūq; scripture credere: ut ga-  
lienus ait primo de simplici medici-  
na: Et qui non timet infamiam in-  
uerecundus censetur. Similis enim  
uidetur obseruatio canonū medici-  
ne obseruationi legis euāgelice que  
consimiliter perficitur. Primo im-  
ploratione diuini auxilii: dicente le-  
gis latore q̄ est Saluator noster ma-  
thei. x. capitu. petite: & dabit̄ uobis  
& querite: & inuenietis: Pulsate &  
aperietur. Secundo conatu liberi  
arbitrii: propterea dicitur ibidem in-  
trate p portam arctam: quoniā lata  
est porta: & uia spatiosa: que ducit  
ad pditionem. Tertio euitatiōe fal-  
se doctrine & deceptionum quū ibi-  
dem dicatur attendite. i. diligenter  
cauete a falsis prophetis. i. doctori-  
bus hereticis: Veniunt. n. ad uos in  
uestimentis ouiu: Interius autē sunt  
lupi rapaces: ab operibus. n. eorum  
cognoscetis eos. Aliquādo enim ca-  
uēde sunt insidie malignantium &  
emulantiū: propter qd̄ dictum fuit  
mathei. x. cauete aut ab hoībus. Pro-  
pter qd̄ in actionibus humanis cū  
prudētia aliquando declinanda est  
malitia persecutoꝝ: iō dictū est ibi-  
dē: Estote prudentes: sicut serpētes.  
Exemplo beati pauli tarsensis q̄ co-  
gnoscens malitiā iudeoꝝ in hyeru-  
salem: quom ipse esset ciuis roma-  
nus ex priuilegio appellauit ad ce-  
sarem. Aliquādo etiam occurren-

te necessitate: siue amaritudie fellis: qd' precipitur ibidem pcedendum est in humanis, & dicitur. Estote simplices sicut columbe. Vnde licet astutia uulpina: & mores lupini de quibus meminit haly rodoan secundo regni: comento, xiii, sint in medico illaudabiles: & similiter ruditas bouina de qua galienus primo uirtutu naturaliū libro capitulo, viii, sed medio modo incedendum sit. Attamen difficile est hiis temporibus luctuosius tute incedere cum hac mediocritate pp insidias malignantium emulorū. Opportet aut medicum in arte sua eo magis obseruare que dicta sunt in actu operatio medicinali: quo difficile est hominem existentem non peccare: ut ait galienus secundo meimur, alia quidem ut ignorantem & alia uero ut male iudicantem: & alia ut negligenter scribentem supple: aut docentem: aut quomodo licet aliter operantem: ut inaduertentem: & ad delectabilia humana descendentem.

Et damascenus in afforismis, neque humana natura erroris periculum incurrere potest presertim in subtilibus: pp quod melior medicus iudicatur ab haly, n. secundo regni qui existimationi artificiali magis appropinquat. Ut igitur in difficultate non peccandi: siue non errandi in medicando minus delinquant medici: ut ad extimationem artificialem non impediti: neque distracti propinquius accedant: ut recte consequi possint finem intentum tractatum de cautelis medicorum aggrediamur cooperante illo quod omnium uiuentium est tutela. Cautelas aut per capita tangemus quia om-

nia earum in singulari impossibilis est cognitio: quia in infinitum procedunt: sicut in infinito contingit intellectum humanum propter reflectitur ad sensum errare precipue in actionibus humanis: non minus forte quam peccata: seu monstra in natura eueniant propter uarias materie dispositiones. Est aut cautela cum diligenti attentione euitatio deceptionis, id est fraudis: & delusionis: & infamie, id est ignominie: & dedecoris occurrentium medico in actu eius operatio circa corpus humanum dirigente intellectu practico ad honorem: & utilitatem medici tuenda: uel consequenda finaliter ordinata. In qua notificatione exprimentur omnes cause cautele uidelicet materialis: formalis: efficiens: & finalis. Describitur aut cautela per actum: & non per habitum cum dicitur iuitatio cum diligenti attentione ut denotetur medicum ad picula assidua ac sepe quotidie capiti suo emergentia in actu operatio uitanda debere esse animo semper prompto: atque intentio non minus quam athlete. Nam sicut illi ad certandum uocati: pectus alibi brachiis consistunt: caputque: & os suum manibus oppositis quasi uallo premununt: ita medicus omni cautelarum genere aduersus uim petulantiamque malignantium debet esse animo: & ope semper intentus. Questionis aut querentis utrum consideratio de cautelis attineat parti practice medicine: aut theoretice. Solutio est facilis: quia annectitur: & attinet parti que docet modum & qualitatem operandi & alterius questionis etiam solutio patet cum queri solet utrum ad omnem medici actionem conferat usus cautelarum: adeo quod licet utilis sit

actui cōseruatiuo p̄seruatiuo; & re-  
sūptiuo est tamē magis ī usu in actu  
curatiuo medici. Sicut autē ad ea q̄  
ī libris medicorū tradita sūt cogno-  
scendum; & p̄ ea opandū p̄cipue ut ī  
egritudine non īpediatur debita ac-  
tio uirtutis cōtra morbū oportet  
medicū nō solū seip̄sū prebere q̄ op-  
portet facientē sed et egrotantē & p̄-  
sentes; & que extrinsecus sūt ut ypo-  
cras prima p̄ticula afforismorū. Ita  
medicū p̄ficiscentē ad artē medici-  
nalē cōsequutur ex ea gloriā; & ho-  
norē; & utilitatē; ut re ip̄a; & nō no-  
miē solū medicus habeat; utq; eui-  
det cū diligenti attentioē deceptioēs  
& ifamiā sex modis ī genere oppor-  
tet esse dispositū iuxta quos modos  
erūt sex capitula. Primo quātū ad  
modū se habēdi secūdū dispōnes tā  
aīe; q̄ corporis; a generatiōe contra-  
ctas & secūdū ea q̄ sibi debent dū  
addiscens ē. Secūdo quātū ad modū  
se habēdi erga deū. Tertio quantū  
ad modū se habēdi in seip̄o; quo ad  
dispōnes animi & corporis ex tēpore  
acq̄sitas. Quarto quātū ad modū  
se habēdi circa egrotantē. Quinto  
quantū ad modū se habēdi quo ad  
p̄sentes; & astantes mulieres; discipu-  
los; plebē; & aromatariū. Sexto quātū  
ad modū se habēdi respectu eorū  
q̄ extrinsecus sūt. In hoc uero opu-  
sculo illustrium medicorū sentētias  
sub compēdio sequemur eos; et nō  
ingrate noīando. Est, n. benignū  
atq; īgenū pudoris plenū fateri per  
quos p̄feceris ut ait Plinius imitan-  
tes ī hoc quocūq; ab atiq; scripta sūt  
& ab hypocrate maxime oīum bo-  
norum nobis duce.

Sit at̄ p̄sēs opusculū dignis eo oībui  
cōe. īdignis uero nequaq; uoco at̄ in-  
dignos auctore gali. li. p̄noīti. quocūq;  
prauī sūt aīa; & nō grā discēdi aliqd  
legūt; sed ut aliquē possint calūniā.

### Capitulum primum.

De modo se habēdi medici secun-  
dū dispōnes tā aīe q̄ corporis a gene-  
ratiōe cōtractas; & secūdum ea que  
sibi debentur; ut discens est.

Xpedit ei q̄ sapiens oīo; &  
cōsumatus futurus ē medi-  
cus ut nat̄a p̄ticeps sit eaq;  
regē de q̄bus ait ypoc. li. de  
lege. Ingēio ualet doct̄ia bōis mori-  
bus puerili ē īstitutiōe laborādi stu-  
dio & tpe simili. n. mō medēdi facul-  
tatis cognitio prouēire cernit; quē  
admodū nasci & p̄creari uident ea;  
que terre mādantur. Ingenium, n.  
nostrū ē ueluti ager docentium do-  
ct̄ine ueluti semina; puerilis educa-  
tio; ut tēpestiua semētis. i. ut ī terrā  
cultā cadat secūdū tps. Locus ī quo  
p̄cipit ē sicut ager cōtinēs; q̄ satis nu-  
trimēto eē solet uegetabilibus. i. nu-  
trimētū ex cōueniēti aere factū. La-  
borādi studiū ē ipsa cultura; Sed tē-  
pus oīa hec corroborabit; efficietq;  
ut p̄fecte nutriātur atq; maturēt. In  
primis at̄ īgēio opus ē quo reptignā-  
te uana sūt cetera; Nā qd̄ natura ne-  
nēo se, au. Multi at̄ hoīum dixit ga-  
lie. p̄rio uirtutū natura. Et si ī pluri-  
bus fortūati sūt; ita tamē īsipiētes &  
tardi sūt ut nō itelligāt cōsequentiā ser-  
mōis sed mallē tales ad fabriles artes  
p̄cessisse. Sed si qd̄ ad qd̄ finiēt de-  
us nouit; hos alibi appellat galie. de  
generē lapidis molēdini; pp̄ qd̄ laudā-  
da ē plaot. s̄niapueros. f. q̄ lib̄tate uo-

lūtatis syderum ac nature inclinatioē  
nō adhuc renitunt ex eorūde syde-  
rū uirtute postēdere in se abilitatē  
ad unā artē uel ad aliā in qua si exer-  
ceantur pfecti euadūt. Et si relu-  
ctētur & alias exerceāt nunq̄ pp na-  
ture ad illā artē ineptiā pfectionem  
cōsequūtur. Probet igit̄ seipm hō  
anteq̄ medicine scie fores ingrediat̄  
ne reluctāte eius ingenio & natura;  
i uanū labore. Nā cum oīa in libris  
tradi nō possint; arti; & scie ingeniū  
submistrare opus ē. Naturale enī  
igeniū medici adiuuat artē & natu-  
rā regentē; cōtrariū uero contrariū;  
ut docet Damascenus in afforismis  
Ideo recte ait Galienus octauo tera-  
pētice; natura prudētē medicum eē  
oportet. Et Iacobus Alchindi; Me-  
dicus ingeniosus eē debet ut suo na-  
turali igenio inuēiat ea; atq; supple-  
at que nō potuerūt sapiētes lingua p-  
ferri; neq; in hac scia scribi potuerūt  
Ingenio uero nō repugnāte ad opti-  
mam uia procedet q̄ ad medicinam  
accedit. Institutis & documētis ars  
medicinalis p̄cipiet̄; que eo diligēti-  
us uendicabitur & addiscent̄; si etiā a  
pueritia erudiat̄ eo mō quo ingenio-  
sos educari & institui oportet. Et  
q̄a secūdū ineptitudinē discentium  
āni multiplicant̄; ut ait Galienus ī li-  
bro pronosticationū. iō multo tēpo-  
ri multū studi; adiciēdū ē; ut iā cō-  
firmata corroborataq; artis pceptio  
iocūdos fructus sine difficultate pa-  
rere possit; quod etiā pulcherrime  
docere uidet̄ Galienus secundo uir-  
tutū naturalium; cū ait; Oportet debē-  
tem cognoscere; aut addiscere quid  
aliis melius moxq; & natura & priā

doctrina multū ab aliis differre. Cū  
enim fuerit pauor; possidere debet  
hereticā. i uenerēā insaniē ueritatis  
ac si pro ueritate īsaniret & neq; die  
neq; nocte deficere & attēte addisce-  
re quecūq; a gloriosissimis dcā sunt  
ueteribus. Cū uero in statū uenerit;  
iudicare eū & examinare tpe q̄ mul-  
to; & intueri q̄ta quidē cōcordant  
his que māifeste apparēt; quanta ue-  
ro distāt; & ita hec quidē eligere; illa  
uero auertere sciat; q̄ uult alios pre-  
cellere. Incūbet igit̄ pro uiribus  
futurus medicus a primis annis eru-  
diri; non solū in his artibus quas de  
triuio dicūt dyaletica; uidelicet sine  
qua ut ait Galienus nō scit̄ ueritas;  
neq; saluat̄ quis ab errore; rhetorica  
pariter & grāmatica; & eis quas de  
quatriuio arismetica uidelicet mu-  
sica; geometria & astrologia; q̄bus il-  
le de triuio adminiculatur in eis sal-  
tem tātū proficiēdo; q̄tū medicinalis  
scia poscit. Philosophia tamē natu-  
rali ut principali nō neglecta; primo  
& ab adolescētia medicine scie insu-  
dandū est; auctore Halyabate. Cu-  
stodia enim tūc fit facilior q̄ ī sene-  
ctute que domus obliuionis existit.  
Ad harū autē sciarū eruditionē  
hēndā adire expedit celebrata gym-  
nasia; in q̄bus nō uulgaris auctorita-  
tis uiri clarissimi & probatissimi do-  
centes resident; quos futurus medi-  
cus pudore quodam & reuerētia; ut  
debet obseruet; eorū dictis fidē ad-  
hibeat; ut discat; eosdē magnificet;  
& cōmendet; ut ab eis diligat; eorū  
peritiā & auctoritatem p̄dicet; auto-  
re ypocrate in iureiurando p̄no ho-  
nore dignos; eorumq; merita nō ali

ter q̄ p̄ris hēat: Eisdē retribuatur: & diuitias cōicet. Ait enim halīabas: Sicut generatiōis cā ē pater: sic & magister excellētie & expectionis: motusq; discipuli ad sciam extat: causa ab adolescētia itaq; p̄stat studio die noctuq; incūbere: & que intelliguntur mēorie custodiēda cōmendare: non intellecta uero sibi manifestari quēpiā non pudeat: neq; quis negligat. Postq̄ autē adultus in medicina fuerit: familiarē se doctori suo uel alteri facere expedit: eūq; comitare ut uideat: que & ipse exercent: & secūdum eū doctrinari: & oculata fide uidere: qui & ipse doctrinā prius acquisierit. Certior enim aure arbiter ē oculus: ut ait Flaccus. Memor continuo uerborū Galīci octa uo terapentice: Medicus non potest esse perfectus nisi exercitatus. Dixit halīabas: Expedit hāc querenti artē plurimū hospitalia: & domos ac loca infirmorum frequētare propter multas eorum medelas cum magistris & peritis medicis ad ingrendas eorū qualitates & accidentia que in eis fuerant. Inquit Nicolus. Nullus q̄tuncunq; studiosus fuerit in actū curationes exire p̄sumat: nisi prius tempore q̄ multo curare uiderit propter quod dictū est nulli nisi exercitato: & in curatione egrorū enutrito credēdum ē medico. Quod si Auicēna dicat prima primi: q̄ medicus sciens potest exire in opus: & si nunq̄ operatus fuerit: non tamen est ei possibile scire q̄ plura que nō possunt in doctrina tradi: que tamē medico necessaria sunt nisi exercite tur in curis infirmorū. Vnde Auer-

rois dicit: Ad perfectionem medicine requiritur duplex actus. Vnus acquisitus per doctrinam & studiū: & alius est actus circa particularia: qui non est docibilis: sed suasibilis: uel assuesibilis. Et Alpharabius in libro de diuisione sciarum. Medicus nō fit medicator perfectus: nisi per duas uirtutes: quarum una ē uirtus super uniuersalia & canones que acquiruntur ex libris medicine. Et alia uirtus est: que aduenit ei per longitudinē frequentie actionum medicine in egris & studiū in eis per lōgitudinē experimenti & uisiōis corporum indiuiduorū. & per hāc mensuram pōt medicus mensurare medicinam & curationē secūdū unumquodq; corpus in unaquaq; dispositione. Et ysaac in libro febriū dixit: Licet medicus in hac arte sit perfectus: idest q̄tū ad scibilia p̄ doctrinam: necesse tamē est ut sit lōgo tempore cum infirmis usitatus. Et damascenus ī afforismis: Nulli studioso credendum est medico: nisi etate approbato: ut. s. decursu etatis sit exercitatus in p̄ticularibus. Impossibile. n. est: ut ait galienus: q̄ idē numero unus homo cōprehendat & possit scir̄ in p̄ticulari oīa: que sūt ī hac arte necessaria. s. per doctrinā. Recte ergo intonuit Auicēna in prologo cū dixit minus q̄ medico necessariū sit cōphendit liber suus medicine. Et quod subiūxit. s. quod superadditum ē incōprehensibile est: intellexit per doctrinā. Quantū uero ad ea que corpori attinent plurimū confert ad medici cōplementū & perfectionē: ut bōe cōplexio-

nis fit temperamento quoad fieri potest accedens habitudine & statura mediocris: quia nec giganteus: ut ait conciliator: neque homunculus: non ualde pulcher: aut formosus: ne egrotantes mulieres proeantur: id est nimium illum impudenter petant: neque tamen sit turpis neue deformis: ut ab omnibus aspernatur: Sed medium ueluti uirtus inter extrema obtineat. Neque sit eius hanelitus: neque sudor frigidus: neque caprosus aut poliposus. & universaliter non sit corpore unctuosus: ne ex eo ueluti ab hyrcō hora coitus fetor percipiat horribilis.

### Capitulum secundum.

De modo se habendi medici erga deum.

Ixit haliabas: Oportet medicum esse ad deum suspiciētem. Erit ergo medicus dei diligentissimus & fidelissimus cultor. Memor continuo preceptorum Ioannis Mesue dicitis: Deum o medice in cunctis prepone: & preponet te. Honora eum & honorabit te. Time eum: & securus cuncta experieris. Sanat enim solus langores deus: & de terre folio produxit in largitate suam medicinam. A deo enim est omnis medela: dixit Iesus Sirach in ecclesiastico. Etenim altissimus creauit de terra medicinā: quod si feceris sacer fies medicus & diuinus: ut res et diuine tibi reuelent. Nam sacre res hominibus solū ostendunt: prauis aut nequaquam: ut ypocra. in li. de lege. Dixit ni-

colus: Erit sermo medici ad egrotantis curā nouissime uocati in nocte dormini: eidem gratias agēdo: quod ad sui curam: & non alterius egrotans incidere: a quo & gratias petēs: ut suo numine infirmū ad pristinā sanitatem restituere queat. Non ascribat medicus sanitatem inductā doctrine aut prudentie sue: Sed salutis omnis auctori deo attribuendum. Imploret medicus diuinum auxilium in componendis: uel exhibendis consiliis: sine cuius nutu: & uoluntate nihil rectum: nihil salutare datur: quod si fecerit: quia bonus erit: deo similis fiat: & ita de eo maior erit dei sollicitudo: propter quod & sibi potiora beneficia impartietur. Antidoti ex inuentione propria uires & uirtutes commendans medicus in fine omnium addat hoc uerbum: si deus uoluerit. Dixit conciliator in additionibus Mesue capitulo de opilationibus epatis: non redarguatur a stolidis medicis hoc uerbum Si deus uoluerit sepe repetendo. omnia enim sicut fumus deficiente igne deficiunt: & ueluti pruina recedentibus nubibus euanescent: si modica sua quiesceret influenza.

### Capitulum Tertium.

De modo se habendi medici secundum dispositiones tantum anime quam corporis ex tempore acquisite.

Inter sapientes conuenit medicum nonnullis presidiis se tueri oportere: ut fallacias & eminentes sibi deceptiones euitet: si gloriam & hono-

re per artem consequitur: & imprimis quantum ad ea que sunt anime diuino cultu continue obseruato: sit medici magnifica intentio pro uiribus adipisci: uel adeptam famam suam celebrem atque insignem conseruare. Cui rei omne studium: curam & diligentiam apponat. Magis, n. confidunt egrotantes in medico: cuius fama sit illustris. confidentia autem quam habet infirmus de medico plus ualet ad sanitatem: quam medicus cum omnibus suis instrumentis: ut est apud Auicennam sexto naturalium. Etiam pro inuerecundo heretico qui negligit bonam famam. Completa autem adeptio bone fame: uel eius conseruatio: si medicus laudatus & bonis moribus peditus commendatam uitam ducat. Nam & si ut plurimum peritus medicus: ut ait conciliator: sit naturaliter agrestium morum: ut aiunt feralium. Tum forte: uel gaudi & sterili stipite natus: intus in domum & contumeliosus factus: precipue cum fuerit aliquantulum incrassatus. Tum etiam quia scientia medicine: & simpliciter curatiua maxime scorpionis & martis attributa est: quorum proprietates in malum tendunt. Vnde compertum est eos qui stellariter prauorum morum existunt uirtute scorpionis & martis eis dominantium perfectos haberi medicos: propter quod dicitur: quod naturaliter medicus probus malorum debet esse morum. Tum etiam quia scientia medicine non de uirtutibus & moribus determinat acquisitis: sicut aliarum scientiarum plurime: sed naturalibus tantum moribus: ut apparet secundo tegni:

attamen consuetudine & arte conetur medicus laudabilis mores acquirere: qui & magis in precio erit hiis dotatus: precipue quando contra eius natiuitatis signatores tali freno rationis operabitur. Non igitur uitiis medicus coinquinatus inhereat. non sit ambitiosus: id est qui imoderate honores & laudes cupiat. non auarus quasi non eris auidus: ut quasi qui propter nimiam cupiditatem non uideat quid agat. Non blaffemator: siue detractor. non bilinguis: siue trilinguis: ut qui modo unum modo aliud proferat: neque fallax: hoc uitium ad mentem referendo: non furibundus: ut qui ferarum ritu feratur: non crapulosus: neque gulosus: non contumeliosus: ut qui uerbis superbis & iniuriosis tumeat & audeat. non contumax ut in superiores superbiat: non dissidiosus siue discrepans & discordans. Non egressus siue elatus: ut de loco ad locum aliis se ad excelsiora loca preponat & digniora. Non futilis & rimarum plenus: ut qui tacenda retinere non possit. Non loquax aut uerbosus: ut qui stulte & uane: copiose garriat. Non litigiosus: ut que frequenter litibus: controuersis uersatus gaudeat. Non mendax: ut negator ueritatis: ne alterius mentem fallat. Non sit inuidus: ne alterum odio habeat: aut alteri aliquo modo inuideat. Nemini uero quicquam per iniuriam faciat. Non uindex: id est ultor siue uindictator sibi illate iniurie. Non aliquid operandi cupidus. Non ebriosus: id est supra mensuram bibens. Cerebro enim uinum nocet ait haliabas id superfluit:

tatis replens; ideoque mentem corrumpit & inde ebetudo & tarditas eliciunt. Sicut, n. uiribus corporis nihil uitio accommodatius si moderate sumatur; Ita punitiosius nihil si modus absit, non denique luxui; aut delitiis; neque ludis uite sue tempus contrahat; Sed esse uite optime plurimum medico prestat. Lingua expeditum; astutum; sagacem; acutum; prouidum; in actibus tardum rituum alienorum; & barbarorum abiectorem festinum castum fortem; grauem; humilem; honestum; impigrum; mansuetum; pudicum; uigilem; abstinentem; illataque sibi passionum occultatorem; sagacem; remotum ab iniustitia; ad loquendum tardum.

Cum autem datur sibi loquendi tempus opportunum sit medicus affabilis ornate; & pulcre loquens, utaturque aliquando parabolis, i. prouerbis similitudinibus; ymaginationibus foris uel rerum signis. Dixit mundinus non erubescat medici a iuristis parabolani dici cum ceteris non medicis quae leuissimis subtilia & ardua medicine nisi in parabolis dari; intelligi non possint. Prestat praeterea medicum taciturnum esse quemcumque ei intercurandum uiderit; uel audierit; uel extra curam in uita hominum cognouerit; que reticenda esse intelligat; nemini aperiat; sed intemeratam taciturnitatem seruet; ut precipit hypocrates in iureiurando.

Vnde habebas; Non reuelet medicus secretum aliquod patientis de alicuius cura; aut morbo; nec superadducat proximos aliquos; aut longinquos, pluribus, n. infirmatum accidant passiones quas & patribus; & a sua celant parentela; eisque medicis

appalant; ut matricis dolores; & emorroidas, quae oportet medicum tacite seruare; quae sibi ab hominibus reuelantur & omnino medicus uitam; artemque puram; atque integram seruet. Ex parte autem eorum quae intellectus speculatiui sunt expedit medico ueracem esse.

Nam melior est sermo uerus omnibus rebus ut ait galienus primo de complexionibus & aristotele, primo ethicorum; Sanctius est prehonorare ueritatem platone; & ueritatis ambo bus amicis existentibus. Et primo de simplici medicina dixit galienus Qui superfluunt a ueritate; id est qui ab ea recedunt moriantur conditione. Non aliter & medicus rationalem; siue logicum se prebeat; ut duce hypocrate cum aliis canonicis medicis particularia consideret; ut sub uniuersalibus comprehensa sunt.

Non sic autem methoicus uniuersalia solum considerans despectis particularibus quod inartificiale est, neque etiam sit empiricus ne despectis uniuersalibus; particularibus solum inhereat. Expedit praeterea ut apprehendens sit intelligens & peritus. Nam cum sanatio non fiat nisi per res multas; ut ait galienus in libro de elementis necessarius est medicus qui extrahat ex eis id; quod conuenit in unaquaque egritudine; Ita ut per eum fiat sanatio; talis autem erit peritus medicus apprehendens; & intelligens quod etiam archistratus medicus recte sensit dicens; oportet medicum esse bone intelligentie; & sane mentis acumine non solum in sciendis morbis qui sunt uerum etiam in sciendis locis quae



bus fundant se exerceat. Imperitia siue ignorantia malus est thesaurus malusq; erarium possidentibus & solum & uisio fiducie; & gaudii exprimiditatis & audacie nutrix erit ait ypocras in libro de lege. Sunt enim tales impiti medici; quorum; ut hēt Pli. Inscitia nulla lege punit; nullū exemplum uindictę. Hi sunt qui discunt periculis hoīum; Hi sunt qui experimenta p̄ mortes agūt; Hi sunt; qbus hoīem occidisse summa ipunitas ē. Hi sunt deniq; q mortuorū intēperantiam accusant; ut suos errores tegant. Ita tamen cū sua peritia se habeat medicus; ut nō solū antiquorū scriptis oīo insistat; imo solerti ingenio eius est satagere ad nouarū rege inuentionē nō minus in traditione doctrine q̄ in auxiliōrū salubriū approximatione. Miseri, n. ingenii est ait Nicolus qui in remis solū inuit. Vnde in oī medicina oportet noui aliqd inuenire; ut ait Galienus; & ut probus hēatur; his cōditiōibus insignitus sit; de quibus Galie. xii. therapētica; Solers. s. breui tēpore cōcipiens quid operādū sit erit sollicitus ī studendo; uisitādo & ī applicādo remedia saluberrima nō dās inducias. Nō aliter erit & memorans canonū medicie primo uniuersalium; circa que intelligēda sunt; & protractāda insistet. Ignoratis enim principiis; necessarium est artē ignorare; ut aristoteles p̄o elencor; Nō aliter & p̄ particulariū; quū omnis doctrina uniuersalis inutilis sit; nisi ad particularia reducatur. Scire enim uniuersalia & cōmunia sufficiens est; nisi particularia cognoscātur; ut inquit ha-

ly tertio Tegni: Quum omnes res cōmunes in scientiis sufficiētes sint; nisi ad particularia extendantur.

Hos canones uniuersales & particulares intellexit princeps prima p̄mi; quum dixit; Non est autem bonum ut huius libri plurimū non sit apud unūquēq; huius doctrine nomine uocari; & per eam lucrari desiderat.

Id uero omne sensit Halyabas Galieni fidelior interpret; cum ait primo regalis dispositionis. Cogat seipsum medicus ad eorum que legit custodiam; & memoriam in eundo & redeundo; quo omnia conseruet necessaria; & de scientia & opiniōe reuoluat & exerceat in eis suam mentem; ut non omni tempore librorū consideratione egeat. Et si de libris aliquod acciderit incōmodum reuertetur ad ea que seruauit in memoria; cum necessitas fuerit. Dixit Conciliator; erit medicus neq; die neque nocte studio deficiēs; sed lector assiduus & meditator indefinens. Nam meditatio clavis existit sapientie. Habundanter enim libros peritorum uirorum legat; & eorum secreta discutere iuuat; omnem sapientem; dixit Damascenus in Afforismis. Erit autem precipuum medici studium in medicina probatos; & illustres auctores magis obseruans. Non enim cuiusque scripture credendum est; ut inquit Galienus primo de simplici medicina. Res enim non recte procedunt; quum homines dimittunt inquirere ueritatem sermōnis; & utuntur festinatione confidentes in aliis; & aliorum creden-

tes sermonibus. Vnde & primo alii  
mentorū dixit: Iniustum est uni  
pre aliis sine demonstratione crede  
re: precipue tamen in remediis inuē  
tis in quinternulis festinantium.  
Non enim quodcunq; tale assumen  
dum est a medico: sed diligenter est  
examinandum anteq̄ ipsum egrotā  
ti administret. Operari tamen secun  
dum libros antiquorum absq; per  
fecta ratione molestum est: ut ait  
Damascenus: Solerti ingenio i quo  
non minus refelluntur: qui liberali  
ter absque ulla immutatione indif  
ferenter ad languentem quempiam  
quecunq; sunt scripta ab antiquis:  
applicant arbitrantes se sapiēter le  
gisse: cum tamen in magnum inci  
derint errorem. Et propter hoc  
docuit recte Galienus quarto de ac  
cidenti & morbo dicens: Dicta an  
tiquorū debent amicabiliter a suc  
cessoribus suscipi: & quod ab eis  
dicitur: benignius adimpleri.  
Verba tamen eorum adimplenda  
sunt ueraciter. Nam male quidem  
intellecta inducunt audientes se  
pe in multos errores. Vnde & quin  
ta particula afforismorum inquit in  
commento illius Afforismi: **Qui**  
**buscunq; caluis.** Quando cunq;  
in libris sapientum inuenitur ali  
quod falsum: non debet extimari:  
q̄ illud dictum sit sapientis: sed po  
tius debet imputari scriptori uel al  
teri: ut translatori. Non aliter plu  
rimum illi prestabit: si iam factus  
sciens longo tempore ex assiduo li  
brorum studio efficiatur etiam lon  
gi usus ex acquisitione experimen  
ti dicente Galieno in de regimine

sanitatis: **Experientia ut iudex ha**  
**benda est omnium rerum: que re**  
**cte excogitata sunt.** Et Auicenna  
secundo Canonum: **Experimen**  
**tum est illud in quo confiditur.**

Confirmat enim rationem prius  
habitam in mente medici. Et Ga  
lienus de ingenio sanitatis: **Experi**  
**mentum: quod ratione ligaueram**  
**me confortabit: dans mihi audaci**  
**am magnam.** Nouus igitur me  
dicus diu meditabitur in antiquo  
rum experimenta: & post hoc ad le  
uiora & salubriora eorum declina  
bit: & ad ea maxime: que a magi  
stris suis prolata habuit: & exper  
ta.

Dixit enim Damascenus in  
Afforismis: **Medicamina tibi pau**  
**ca tentanda sunt: & non nisi ea: in**  
**quorum iuuamento sepius exper**  
**tus confidere possit.** Totius enim  
notitia incomprehensibilis est.  
Erit medicus non querens scire ea  
que arti sue impertinentia sunt.

Dixit enim Rabi Moyses uige  
simaprima particula afforismorum  
**Qui conatur scire res: quas qui**  
**dem scire non est necesse: deduci**  
**tur ad modicitatem inspectionis re**  
**rum: quas scire est necesse.** Non  
enim tenetur medicus scire quod  
ad suam non pertinet scientiam.

Horum nanq; quesitor in rebus  
necessariis parum sapit: Sed ex li  
bris autenticis sumere debet do  
gmata uentilata: & ea que sunt in  
eis utilia sectari. Quantum au  
tem ad ea que corporis sunt sit me  
dicus corpore mundus procul ab  
omni spurcitia: & ad summum ex  
pedit ut se munde gerat & honeste

nitidus & uestimentis ornatus: non tamen sic mundicie & uestimentis uacet ut scientiam derelinquat.

Dixit etiam Aristoteles ad Alexandrum Magnum: multo melius & regalius esse habere animam scientiis habundantem q̄ habitu corporis esse bene indutum. Non sit medicus uelociter incedens: quia id indiscretionem: uanitatem: & infidelitatem quandam preostendere dicit.

Denique quantum ad hoc tueri studcat medicus sanitatem propriam: ne si eum forte egrotare contigerit irrisorie illi dicatur: Medice cura teipsum.

#### Capitulum quartum.

De modo se habendi medici erga patientes: & maxime erga egrotantes.

Vamcunq; domum ingreditur medicus: duntaxat q̄ liberandis egrotis operam dare intendit aliis omnibus post habitis: ut precipit Hypocrates in iureiurando: euitans omnem iniuriam & corruptelam. Non erit igitur Medicus iuxta diuisionem

Galieni duodecimo Terapentice: Medicus malus & sinister non intendens sanitatem: sed egritudinem: aut egrotantis mortem. Hic enim medicus: ut inquit Nicolaus: omnino fugiendus est: & a terrarum uniuersitate omnino delendus. Hic est illē: qui diuinam scientiam Medicinē in se tectam obligat: & malignat ab arte mea.

Hic est de numero eorum: quos maledixit Auicenna dicens: descendat ignis de celo: & spiritus procel-

larum: qui faciat eos esse de suburbanis Sodome & Gomorre. Sunt enim: ut inquit Aueroys: peiores spoliatoribus mortuorum: qui solum uestimenta deportant: quos & Damascenus in suis Afforismis insequitur: dicens eos esse: qui animam suam dantes secularibus diuitiis fundamenta ipsius medicine & artium doctrinam penitus neglexerunt. De quibus & eis similibus eorum mores uersutos considerans dixit Conciliator. Medicus est inuidie pelagus inexhaustum: detractionis organum: indefense ambitionis perforata clepsedra aliene ueritatis garrulus contradictor. Ignorantie proprie constantissimus & p̄stantissimus: inconfessorum & inexcusabilis infirmorum neglector.

Non ergo ei fides est adhibenda etiam maxime in medicina. Studiose ergo fugiendi sunt tales longe t̄quam cōmunis pestis prouincie: cōtra quos insurgant leges: armentur iura: ultore gladio feriantur. Erit preterea medicus erga egrotantem non malus & adulator medicus. hic enim est: qui solum extolli a uulgo & mulieribus & inanis glorie iactantia ditari intendit: ueluti taxillus galieno infestus: propter quod studet hic talis infirmis & egrotis mulieribus: & uulgo blandiendo in omnibus complacere: siue que placēt: nocent: siue non. Ideoq; & ipse abhominandus est & fugiendus: de quo sermonē habuit Galie. in li. de mirabilibus pronosticationum dicens: Ex his. n. q̄ existari magis q̄ esse studeat: instruit q̄libet his ex q̄bus p̄spa-

bitur apud multos: scilicet dicere: quid & agere ad delectationem: & blandiri & adulari: & salutare quolibet die diuites & potentes in ciuitatibus: & precedere: & premittere: cum domum eant: ut honorabiliter recipiantur: bene locentur.

Quidam autem eorum non solum his: sed etiam uestium & anulorum uarietate: & multitudine assequentium: & uasorum argenteorum preparatione idiotas putare suadent dignos imitatione se esse. Ex his omnibus hinc quidem allicientes: hinc est stupere facientes homines expertos ueri iudicii rerum. Et etiam in libro de elementis auctoritate ypocratis. Medicus autem sinister similiter & adulator huius sunt: de quibus dixit ypocrates in libro de lege: Medici quidem nomine sunt multi: opere uero ualde pauci. Erit ergo medicus nature egrotantis sibi commissi diligens minister & adiutor. Memor continuo uerborum diui Mesue in prohemio suo de appropriatis dicentis: Tu qui corporum curam geris: auxiliari ne differas: nam semel peruenti nulla sunt deinde suffragia. Non ergo prolonges in crastinum: quod hodie facere debes: sed presto consilium redde: & manum tuam adiutricem uelocem in agendis porrigas. Curadi methadum donauit tibi deus: igitur ne irritum facias donum eius: sed eorum que de eius largitate habundantius suscepisti ne parcus esto. Expedi tamen medico in approximandis remediis non ita promptum esse: ut inde efficiatur princeps animo prestat eum recte & ma-

ture considerare. Nam si artifex operans in corio & ligno antequam ad actum deueniat: pluries diligenter studet metiri & mensurare: quanto magis medicus in humano corpore maturiori consilio eget. Nam ut ait Galienus prima particula aforismorum. Si experimenta in corio & ligno non bene successerint: fere non fiet corruptio: id est damnum. Sed si in corpore humano simile succederet experimentum: destruitur subiectum: & fit quasi quidam interitus: & sequitur inde damnum incorrigibile. Erit preterea medicus egrotantis pius & misericors: ita ut potius uiculo compassiois uisitet quam recipiendi premii gratia. Inquit enim Mesue: Ratio clamat ad iudicium: si misericordiam deseris: propter quod inquit: oportet medicum cum infirmo languescere: & sanitatem eius proxime suscipere. Qui enim respicit super infirmum & egenum in die mala liberabit eum dominus. Erit non aliter quam fidelis: iuxta illud Catonis: Corporis auxilium medico committe fidei. Fidelis enim medicus: dixit Nicolus: cauet ne per imperitiam: aut inaduertentiam: seu per negligentiam deficiat eius opus: quod est inductio in quopiam sanitatis: dolos & fraudes non committit: sed & fugit precepta: & premia emulorum sui egroti spernit: & fugat.

Minas non curat. Spem acquirende sibi rei alicuius non habet.

Letiferum: nec abortiuum preparat & ministrat nullum. Monitus continuo preceptorum mesue dicentis

tis. caue o medice ne amor aut precium: aut spes: aut timor: aut miles: seu aliqua alia humana gratia te circumueniant: ut declinabis a recto.

Sunt. n. celi qui arguunt: elementa q; seuiunt: & si nihil hic in posterum cruciatus gehene. Nullam rem domus patientis: nedum subripere presumat: immo neq; cogitare: immo omnia sint intacta: ut mundis manibus: & non fur: erit medicus diligens infirmorum uisitor frequenter et de eis requirens per se: uel per idoneum quempiam etiam discipulum.

Si acuta & difficilis fuerit egritudo infirmo semper assistat medicus. dixit enim rasis decimo almasoris: oportet in egritudinibus acutis non solum medicum sepe: sed semper assistere. Morbus enim acutus celeris est mutationis in diuersa. In aliis autem non sic difficilibus bis in die mane. s. & uespere egros uisere sat est donec sanetur: neq; aliter frequentandum ad eos: sic. n. nimia familiaritate uili penderetur. Nullum egrotantem medicus uisitat non requisitus: nisi infirmus talis fuerit: uel pauper uel de genere affinium: uel domesticorum amicorum. Dixit halyabas precepit yocrates in suo testamento medicum in edie infirmorum operam dare & per cibos: & medicamina regulare. Erit continuo medicus promittens spem salutis: immo & patientis animum mellitis suasionibus in leticiam: & gaudium alliciens: & eius spem nutriens. Vnde damascenus in Afforismis: Oportet te infirmis semper salutem promittere: nunquam illos a spe deponere: & si ipse despe-

res. Complexio enim corporis affectio animi semper inheret: & subdit: infirmos in eorum spe animare non desinas. Et cassiodorus: naturalis cura est egris dare leticiam: nam fac inualidum gaudere: & sanatus erit. Erit medicus auctore halyabate studiosus egrotis: & eorum curis maximeq; egenis: & pauperibus. nec ab eis utilitatem querat: aut retributionem & siquid posse est ipsi de suis det ei medicinas: pecuniis suis assignet illis quod poterit. Dabit operam medicus medele infirmorum eorum percibus: & medicinas regimini: nec sit eius ad querendam in medendo intentio pecuniarum: sed a deo retributionem: & meritum. Non suscipiet pre ceteris medicus onus in se antiquarum & malarum egritudinum sub spe alicuius lucri. Nam tales egritudines postea a deo incurate relicte infamant eum: & detrahunt nomini eius: dicente mesue: nolite o medici malarum egritudinum cure onus suscipere: nec nomen subire medici mali. dixit autem signanter onus cure: quia talium egritudinum non debet promittere sanationem: si tamen ab infirmo: uel eius attinentibus aggravaretur: tunc protestatione premissa potest aggredi curam. Dixit enim rasis decimoquinto continentis: curandi sunt a te o medice morbi faciles & fugiendi qui manifeste: aut occulte sunt fallaces. Medicus ad uisendum egrotum: ductus in eundo utatur bona cautela. Debet enim a conducente se querere de egritudine patientis: & de eius quibuslibet accidentibus de appetitu: & som-

uo: & de uentris beneficio: & simili-  
bus. Et si febrit qua hora inuadit  
eum febris & si cum frigore: uel si  
spetialiter in aliqua corporis parte  
doleat. Hoc autem facere debet: ut  
quantum fuerit ei possibile de eius  
egritudine certificetur. Cum ergo  
ad infirmum medicus uenerit non  
sit eius ad infirmum ingressus cura  
nisi ut eius moliatu sanationem: ut  
é apud haliabatem. Salutet itaq; ut  
debet: A corporali malo: dicendo  
liberet te deus: uel saluus sis: uel  
tale consimile ut dici solet constito  
sibi egrotantem peccata sua nō fuis-  
se confessum anteq̄ ipsum tēgat aut  
aliud de signis suis uideat: ipsum in-  
terrogare debet si aperuit suorum  
peccatorum conscientiam sacerdo-  
ti. Quod si sic: bene est: si uero nō  
promissionem ab eo recipiat sic se  
facturum: multe ei egritudines p-  
pter peccata emergūt. Vnde azaro-  
nus: Egritudines nonnunq̄ inuadūt  
homines ex malitia regiminis cibi:  
& potus & ex peccatis: & preuarica-  
tionibus: & ultima causa ex maledi-  
ctis demonibus qui dicūtur alabin.  
Non audebit autem medicus post  
primam uisitationem: immo post si-  
gnorum egrotātis inspectionem ul-  
lo modo amplius de confessione il-  
li sermonem facere. Nam posset  
forte hoc ab eo audiēs de salute dif-  
fidere: suis tamen medicus dicat q̄  
eum confiteri faciant. Quod si  
egritudo timorosa fuerit domui eti-  
am sue disponat: quolibet tamen:  
ut fieri potest terrore remoto. Vta-  
tur preterea medicus altera cautela  
dum locum ubi residet infirmus in-

gressus est circumspiciat si forte ui-  
derit fructus: herbas: aut fomenta  
aliqua parata per que coniecturari  
possit super egrī infirmitate qua cau-  
tela usus é galienus rome dū a glau-  
cōe ductus fuisset ad uisendū medi-  
cum credentem se esse pleureticum  
cum tamen pateretur apostema epa-  
tis: uide capitulum septimum libri  
quinti de interioribus. Sic enim me-  
dicus bonus cognitor iudicabitur:  
& eger in eo ardentius confidet tāq̄  
in sui egritudinis cognitore: & sue  
salutis actore. Cumq; ad infirmū  
peruenerit si uia longa extiterit: aut  
arcta sicut per scalas ascendere: non  
illico infirmum tanget: cum illi oc-  
currerit precepto rasis quarto con-  
tinētis: quia forte medicus propter  
laborem ex itinere estuose fatigatus  
erit: uel permutatus forte presen-  
tia astantium nobilium quos cōtin-  
git inuenire prope egrotātem. Vel  
forte quia infirmus uidens medicū  
ad se uenientem nimium letabitur:  
aut propter medici presentiam uere-  
cundabitur. Vel forte propter ex-  
pensarum considerationem tristabi-  
tur: sicq; permutationem recipiet  
eius pulsus propter quod confunde-  
tur eius iudicium: per aliquod igi-  
tur spatium q̄scat: uel resideat me-  
dicus: quousq; ipse uires resumat: &  
omnino quousq; & ipse qui tanget  
& eger tangendus sit ab omni acci-  
dente quiete. Interim autem medi-  
cus quiescens locū domus: uel came-  
rā laudare debet si cōueniens fuerit  
aut reprobare. post hoc autem medi-  
cus hilari uultu ad infirmum cōuer-  
sus faciem eius pernotans etiam in

Iumine si opus fuerit. Tum quia si  
gna faciei sunt manifestiora: tum quia  
in membris faciei est magna uirtus.  
Nam res similis: & similis in prin-  
cipio rei est de maioribus rebus in-  
signando: ut inquit galienus primo  
pronosticorum comento octauo au-  
thoritate ypocratis. Tum etiam  
quia per dispositionem faciei cogno-  
scet medicus sepe uigorem: & mor-  
tificationem caloris naturalis ma-  
nantis ex corde. Brachium sibi  
porrigi precipiat quod debet sua si-  
nistra manu sustinere: uel posita  
super lectum ponere: & quat-  
tuor digitis manus dextre cum silen-  
tio pulsus inquirere etiam utrius-  
que brachii: & omnes differentias eius  
notare usque ad centesimam: uel circa  
pulsationem pulsus semper tangen-  
do expectans: & tanto tempore tan-  
gere siue usque ad centum ut quidam  
dicunt: siue usque ad xx. ut alii: siue us-  
que ad duodecim ut aliqui alii quous-  
que discernat medicus an pulsus sit  
equalis: aut inequalis: ordinatus: an  
inordinatus: & an intersectus in me-  
dio cadens quas differentias non po-  
terit aliquando cognoscere: nisi post  
plures: & plures percussiones. Est  
autem bona cautela diutius aliqua-  
do morari in tangendo esto etiam quod  
paucioribus pulsationibus posset  
pulsus discernere: ut ab infirmo: &  
astantibus attentior: diligentior &  
gratiosior babeatur. Interea tamen  
caute consideret habitudinem pa-  
tientis: faciem & caput: & post co-  
gnitum pulsus contingat pectus:  
& ypocundria: & regionem nutriti-  
uorum & membrorum. Videbit

quoque linguam: & dentes: & ut qui-  
dam dicunt (quod tamen ego non fa-  
cio) odoret oris halitum infirmi: sic  
non accuratior iudicabitur: sic enim  
& galienus fecit cum glaucone rome  
ad tutiam medici egrotantis ut libro  
interiorum capitulo septimo. Om-  
nibus autem presentibus infirmo  
etiam audiente iudicet de multa pul-  
sus bonitate: dicens: urinam tamen  
uidebo: quia maxime his duobus  
pulsu uidelicet: & urina intelligitur  
genus febrium: & origo cause tem-  
porum: ratio uita: mortisque profes-  
sio: ut inquit galienus de febribus ad  
glauconem. Et surgens in absen-  
tia egrotantis urinam uideat in qua  
per convenientem moram observa-  
ta debita cautela circum tenente  
urinam: consideret que in eo sunt  
consideranda. Caueat tamen: ne  
in presentia egrotantis hoc fiat non  
enim debet medicus coram infir-  
mo solus: uel cum aliis aliquid tra-  
ctare de pulsu: uel urina. stant enim  
egroti auribus attentis: ut audiant  
quid loquatur medicus. Et ad  
infirmum denuo reuersus. firmam  
ei promittat salutem: & non ue-  
reatur etiam mendacijs uti. sunt enim  
hec officiosa mendacia: & salutem  
ei promittat. pollicitus enim diues  
quilibet esse potest iuxta illud: promit-  
tunt medici: tractant fabrilis fa-  
bri. Omnia tamen ad curam eius  
necessaria fideliter ordinabit hor-  
tando tamen ipsum ut se ipsum que  
opportet prebeat facientem susci-  
piendo que parabitur plurimum  
confidenter: nam sic faciendo non solu-  
certa: sed et uelox subsequetur sanitas.

## Capitulū de cautela & interrogādo.

Rit autē medicus opportu-  
e nis nihil omittens ut ho-  
nori: & glorie sue consulat  
post signorum igitur uisio-  
nē uidelicet urinam: egestionē: sudo-  
rē: uomitū: sputum: aliis existētibus  
ut cuncta bene examinet: perquirens  
etiā per interrogationē. Audiens ab  
infirmitate: & ab astantibus omnia que  
pōt: inuestigans de omnibus muta-  
tionibus egro superuenientibus: &  
que superuenerūt: & ita in posterum  
quod superuenient in processu uite nō  
solum magnis: sed etiā quātūcumque  
pauis: ut certior factus deceptiones:  
& fallacias quascūque euitet. Galie-  
nus in libro pronosticorum dicens  
necessarium esse medico interroga-  
re causarū genera eos qui laborant:  
& de oībus que cōtigerūt: & de eorū  
unoquoque ne sinet se medicus deci-  
pi ab infirmis nō detegētibus omni-  
fariam morbi causas: & sinthomata  
ut nō derelinquātur incurati. Et  
primo ad glauconē medici ingredien-  
tes ad infirmū primū enim a maxi-  
mis cōtemplari oportet ea que sūt  
secūdū egrum. deinde uere ab aliis.

Nihil enim quantū possibile est et  
minimū obmittentes. & damasce-  
nus in afforismis, oportet de omni-  
bus egrum unde egritudo nasci so-  
leat inquiri tam in exterioribus: quā in  
interioribus: neque te egrum per om-  
nia interrogare pudeat. Et me sue si-  
militer: non te pudeat egrum super  
omnia interrogare & hoc ut melius  
& facilius super notitiam rei ueni-  
as: sicuti & recte intonuit Boetius  
pater de cōsolatiōe si operā medicātis

expectas oportet ut uulnus tuū de-  
tegas. Cum igitur de nouo uoca-  
tur medicus ad curam patiētis que-  
rat nunquam aliquid illi factum fue-  
rit: & que remedia: & nunquid nocue-  
rint: & tunc dicat se ea nō laudare.

Si uero iuuerint nō laudet: ut sub-  
tilior uideatur ultra uulgares. Tria  
autem maxime petet medicus au-  
ctore galieno secundo de interiori-  
bus. scilicet locū. id est membrū in quo ē egritu-  
do: passionē & sinthomata: & horū  
cā in notitiā illorū ueniens: etiam si  
fieri potest cum notitia oīum sen-  
suum exteriorum: quod ubi fieri nō  
possit laborādū est cum sensibus in-  
terioribus: & demum ratiōe si opus  
fuerit tamen a patiente habita per-  
quirens ab eo de eius dispositione:  
uel etiam ab accidētibus quid patia-  
tur interrogans. Considerans im-  
primis: preterita ipsa dearticulate per-  
grat interrogans quo tempore: quo  
ta die ac hora patiens egrotauerit.

Et si aliquando amplius consue-  
uit egrotare: uel non: & qua egritu-  
dine & si aliqua sue egritudinis cau-  
sa precesserit primitiua: & quo regi-  
mine usus fuerit preterito nedum  
unius anni: sed plurium. Quo au-  
tem ad sinthomata seu accidentia  
perquirat medicus de accidentibus  
animatorum membrorum: utrum  
uidelicet dolorem capitis patiatur:  
aut uigilias superfluas: uel insomnei-  
tates aut somnū modum exceden-  
tem: & de similibus: & de acciden-  
tibus membrorum spiritualium nū-  
quid an elitum anxium: an circa pe-  
ctus incendium: suspiria: tremo-  
rem cordis: & consimilia. De ac-



identibus uero nutritiuorum nun-  
quid prostratione appetitus habue-  
rit in sitim uel famem. Si cibum uel  
potum retinuerit; uel retinuerit aut  
retentum reiecerit. Si assumpto ci-  
bo grauetur uel ne. Si fluxum uen-  
tris & euacuationes alias urine; seu  
sudoris menstruorum; uel emoroy-  
darum; uel alias quales oportet ha-  
buerit uel ne. Ex his enim preteri-  
tis per inquisitionem inuentis; & p-  
sentibus; scilicet urina; egestione; &  
aliis existentibus mutatis & qualita-  
te mutata; de quibus supra dictum  
est per sensum perceptis mirum im-  
mo dum medicus in operatione sua for-  
tunabit; adeo ut ex his cognitis po-  
terit medicus de passione; causa & lo-  
co sumere notionem; quam dum pa-  
tienti nunciauerit; admirabile me-  
dicum iudicabit; & per consequens  
in manibus illius confidenter se com-  
mittet. Exemplo galieni in libro de  
interioribus capitulo septimo in cu-  
ra medici egrotantis. Quom glauco  
ad ipsum accedens Rome ibi. His  
omnibus sensu & ratione diiudica-  
tis; & mente discussis erit medici of-  
ficiu; ut ab infirmo separatus con-  
sanguineos & aicos egrotantis; uel  
quoscunq; presentes seorsum uoca-  
ri iubeat; & patientis egritudine ma-  
nifestare; imminens uel non imminens  
periculum detegere. Sit tamen talis  
sermo eius; potius; ut eos non aggra-  
uet postremo remedium, adhibere.

Capitulum de cautela in pronos-  
ticando.

Ixit Galienus libro pronos-  
ticationum; Non circum-  
d ambulo predicans meas p-  
nosticationes; & curas; ne  
magis medici odiant me diuinato-  
rem & magum uocantes; & alia mi-  
lia contra me promulgantes. propter  
quod inter medicorum sapientes con-  
uenit medicum oportere esse saga-  
cem; & astutum; non precipitem; nec  
festinum in futurorum pronuncia-  
tione. Preuidebit itaq; medicus  
ante pronosticationem omnium pre-  
uisiones examine dicentis ypocratis;  
primo pronosticorum; q; de melio-  
ribus rebus est ut medicus utatur p-  
uisione; id est pronosticatione. Et  
Galienus primo de ceticis; Non est  
medicus qui meditetur ratione nisi  
prius iudicauerit ratione; & iudica-  
re non poterit nisi rem ratione co-  
gnoscat. Erit ergo medicus nihil  
saltem in prima uisitatione de futu-  
ris dispositionibus patientis pronu-  
cians; precipue tamen de salute; uel  
morte; de quibus profecto iudiciu  
certum haberi non potest; nisi pluri-  
bus conditionibus prenotatis. Ex-  
pectabit igitur futura signa subse-  
quentia in patiente; ut illorum na-  
turam atq; uirtutem considerans om-  
nia adinuicem comparans sue pro-  
nosticationis iudicium quo melius  
fieri poterit confirmetur; & precipue  
cognitis uirtutis & morbi disposi-  
tionibus; & ad inuicem comparatis  
Si bona signa preualuerint pronu-  
ciet de salute. Si uero econtra de p-  
ditione semper tamen pronuncian-  
do; & in sermone sit medicus dubi-

us. Dixit enim Auicenna secunda  
quarti: Quū apparuerint signa ma-  
la timorosa premitimus sermonē ī  
perditione inde ad plurimum con-  
tingentem. Nam quis aliquādo mi-  
rabiliter sanatur absq; spe. Et iō  
Galienus sexto afforismorum dixit  
Oportet medicum studiosum esse:  
ut nō aliquid absolute predicet, nā  
morborum & precipue acutorum;  
non omnino certe sunt pronuncia-  
tiones salutis; aut mortis; licet neq;  
cronicorum saltem quo ad eorum  
initia; quod ppter nature diuersi-  
tates euenit in ordinationem. Cū  
enim monstruositates interdum oc-  
currant ī egritudinibus ueluti ī na-  
turis; ut habet Aueroys septiō Col-  
liget. Erunt sapientis medici; sicuti  
& astrologi iudicia in pronosticādo  
cōditōibus alligata cōtinue; q̄si mul-  
tiplici intellectu; ueluti que spirituum  
pronunciationes prestant; ut di-  
catur exempli gratia morbo morta-  
li existente. Ita solet in talibus casi-  
bus contingere; & raro aliter cōtin-  
gere solet secundum naturam; nisi  
alia emergant synthomata; non ta-  
men necessario. Vel aliter dicat  
certe mihi uidetur; q̄ si constāt que  
apparent; & aliud non superueniat;  
quod puto nō superuenire; hic mo-  
rietur. Obseruare enim hanc prono-  
sticationis diligentem cautelam do-  
cet nos Galienus secundo interio-  
rum dicens; Semper secundum to-  
tam uitam meam meipsum ab au-  
daci confessione abstinui; & medi-  
cās usq; ad senectutē; nunq; usq; ho-  
die erubui secūdu curā uel pnostica

tionē ut alii gloriosissimi medicoge  
Vtebat. n. galie. c. telosis canōibus  
cuius determinātib; p̄nūciationē  
p̄fecte uocatus cōditionatis; & qua-  
si duplicibus; ut appet li. interiorum.  
Eualuros at cū necessitate cōditōa  
ta dcā p̄nūciabit medicus sic dicēs:  
Iudico ipm euasurū a morbo; si me-  
dicū diligentē habuerit; Si ēt patiēs  
ipse fuerit obediēs; & mīstros habu-  
erit idoneos. Et si p̄parata fuerit; ut  
debet extrīseca necessaria; & nisi ali-  
quid supuenerit qđ tamē nunc non  
appet. Quod si medicus astringat  
absoluto loq; debere sermōe; ut ple-  
rūq; fit; tūc si egritudo ex toto suo  
genere sit salubris; ut effimera uera  
& principiū ethice; aut mortalis; ut  
ptifis; aut ethice sp̄ci. Et similes; di-  
cunt sapiētes; Effundat medicus ser-  
monē suū; apte salutē uel mortē de  
eis p̄dicēs; & p̄cipue de determinatio-  
ne egritudis certissimis appetibus  
signis. Si tamē cōtingeret egritudi-  
nis p̄cessum ad bonū uel ad malum  
medico dubium eē; ut plurimū fit;  
quādo signa mortalia in uirtute cō-  
paria fuerint salubribus; & econuer-  
so bōa cautela ē petētibus nō respō-  
dere; Sed q̄busdā uerbis interiectis;  
ab eis discedere; aut eosdē a proposi-  
to diuerrere trāsferēdo eos ī sermo-  
ne ad aliā materiā. q̄ si magis astringatur ad pronuncian dū; dicat medi-  
cus ut petitiōi illorū ita instantiū sa-  
tisfaciat. Ego expecto futura quedā  
ut motū in tali die aut tale accidēs  
uel aliquod huiusmodi. Nō enim  
debet medicus ad interrogata subi-  
to respōdere; sed prius sup interro-

gata cogitet Ait. n. Damasco. Si inter  
rogatus semp ueraciter respōdes du  
bitādū esse. Silere eī tutius est & fa  
tis existit laudabile mōdo & aures  
ut aiūt prouerbio porrigere merca  
toribus. Nam melius ē filere q̄ male  
loq; siue q̄ tu erres: ut galiēo ascri  
bitur secūdo meracristos secūdo ca  
pitulo: Qui enim tacet: in hoc uno  
peccat q̄ tacet secundū eū q̄ loquit̄  
in multis errare contingit. Et oīo si  
egritudo nō fuerit de nūero oīo sa  
lubriū: neq; mortaliū: sed ut aiūt: su  
spectosa faciētia medicū ī iudicio ti  
tubare tutius ē & ut dicit̄ honorabi  
lius egritudinē periculosā ponere &  
casum aggrauar̄: imo & piculū mor  
tis uētūre patiētis p̄nūciare: dato ē  
q̄ egritudo talis de suspectosis esset  
debilis: ut flegmatica cōtinua a pau  
ca materia nō maligna d̄pēdēs: quo  
niā si patiēs errore sui: uel astātium:  
uel extrinsecor̄e diminutiōe: uel ali  
quo tali casu cōlimili ad malum cō  
uertet̄: ex ea licite medicus excusa  
bitur: Neq; erit de eo suspitio apud  
aīcos & affines patiētis excusabitur  
& dicet̄ medicū a principio ēt sic ui  
disse & iudicasse. Si uero ex ea pa  
tiens saluabit̄: a uulgo dicet̄ medicū  
ip̄m p̄itus liberasse & a patiēte sani  
tati restituto laudē maiorē & āplius  
p̄m̄ium medicus cōsequet̄. Et ut  
sic ad unū dicerē: medici ē suspectas  
egritudines aggrauare: debiles uero  
earum in dubio ponē. In hoc tamē  
modus adfit: Sic enim se habēs me  
dicus: neq; erubescet: neq; dictorum  
suorū eum penitebit. Nō p̄sumet  
medicus ī egritudibus alicuius mo

menti corā patiente: siue litteratis  
fuerit siue nō uerbū aliquod p̄ferre  
immo nec gestu ostendere aliqd un  
de possit eger suspitionē sumer̄: aut  
de sua salute diffidere. Et si ip̄e me  
dicus & etiam infirmus de salute de  
sperent: propter quod sermones p̄  
nostici medicorum saltem ad malū  
per se nō terminātur ad patientem:  
sed ad amicos uel ad alios. Cūq;  
medicus non habet de patiente cer  
tam pronosticationem non respon  
deat a se petentibus: sed uerbis qui  
busdam interiectis discedat: & pe  
tentibus neq; iudicet d̄ natura egrit  
tudinis: si de ea suspicetur: propter  
aliqua signa apparentia: immo tace  
at: & statuat dietam particularem ī  
cena uel pradio: cū remedio uniuers  
ali: & iterim cogitet: & itē uisitet  
īfirmū & morbo certe cognito ordi  
net dietā uniuersalē & r̄media sp̄alia  
ut uideat̄ artificialius opari ī aliquo  
morbo salubri: licet accidētia fortia  
non uideant̄: si pōt utat̄ medicus ali  
quo remedio nō noto: neq; nomē il  
lius remedii uulgo dicat: ut gr̄a exē  
pli iera. Si ī egro appuerit signa mor  
tis: & medicus p̄cipiat aliqd signum  
bonū nō mutet̄ appoito: nisi illd̄ p̄  
māserit. p̄nūciaturus medicus mor  
tē īfirmi id faciat simulata mestitia:  
uultu d̄isso & uoce sublata. id tamē  
necessariū eē nō dicat ne deo d̄roga  
re uideat̄ nisi essent mortis signa ap  
parētia: tūc dicēdū ē salutē ip̄ius nu  
tu diuino cōtīgere: siue miraculose:  
neq; postq̄ iudicium deposuerit de  
morte medicus id reiterare uelit: ni  
siscitent̄ q̄ sunt eius. Quod si rei

terabit uidebitur quasi ut de hoc letetur tanquam ex suo pronostico gloriam habiturus. Plurimi, n. uana gloriosi medicorum cum predixerint perniciem predicantes inhiant eius mortem; neque forsitan necessaria saluti ministrantes ut aliquos scit audivere uana gloria sue pronouncementis deductos iam euasuros medicinae mortificasse donatis; Similiter & astantes illi deuiant famulari; ut ait Conciliator. De salute autem iudicium depositurus medicus sermonem amplificet; & letum se ostendat; nunquam uero sic de morte. Non presumat medicus alicui patienti infra limitatum tempus salutem promittere; sed fideliter se operaturum iuxta doctrinam sapientum. Quam autem ad remedia exhibenda post pronosticationem datam caute incedat medicus ad actum curatiuum. Dietam itaque & regimen egritudini proportionatum in sex rebus non naturalibus primo ordinandis atequam ad medicinale regimen descendat. Precipit enim ypocrates; ut ait haliabas; Medele infirmorum per cibos & medicamina regimeni medicum operam dare debere. Letum imprimis in quo residet patientes quantum disponat; & in pluribus locis egritudinum redolentem. Cum in nouatione aeris mane & uespere per apertionem fenestrarum & hostii; nisi fuerit de egritudinibus hoc prohibentibus. Sit ut in pluribus mediocris luminis. Dixit enim galienus ad glauconem libro de febribus; Lucidus & calidus locus relaxat corpus.

Frigidus & obscurus constringit. Mediocriter autem aer temperatus mulcet & temperat. Precipiat patientem situari in lecto firmo non uacillanti. Exercitium uel fricationes ut decet secundum exigentiam & uirtutis tenorem egritudine id poscente. Similiter & quietem somni & uigilie quantitatem conuenientem metiendo precipere; & euacuationes debitas ordinare. Ipse tamen medicus clysteria non imponat; ut fecit amicus ille in cura cuiusdam ancille; dolore uentris laborantis qui existimans dolorem illum esse colicum; ei imposuisset clyster; que post positum clystere; quia pregnans erat amico illo id nesciente ancilla peperit infantem. Et huius generis sunt absterfio sordium ab ore infirmi; & purgatio mucositarum ex naribus & gutture & gargarismatibus. Fit enim inde liberior transitus aeris; & sibi sapor melior; quibus locis non expurgatis remanentibus sordibus inficitur aer. Et accidentium anime ea que ad pellendam infirmitatem congruant. Precipiat medicus ex cibis uero & potibus congruis in quantitate & qualitate debito tempore & ordine patienti offerendis eligat; quod magis salutare est. Quod si aliquando cibus talis uel potus parum malus fuerit; infirmi tamen appetui plurimum conformis non est patienti totaliter denegandus. Ait enim ypocrates secunda particula aforismorum; parum deterior cibus & potus delectabilia uero melioribus; quam in delectabilibus magis appe-

tenda sunt. In hoc tamē modus nō absit nec omni prohibēdo nimum rigorosus & leuissimus. Indulgen- do autem ex toto nimum licentio- sus notetur. Expedi autem pluri- mum medico insistere in ordināda dieta etiam hoc cum mulieribus in cibo & potu; cibaria alterando; uinū limphando; aquam coctā uel aliter preparatam ordinando & alia huius modi; etiam usq; ad minuta dispo- nendo; gustando; odorando; immo & aliquando prelibādo & ponderā- do seu mensurando quecunq; sunt exhibēda. Sic enim accuratior me- dicus iudicabitur; uitabitq; negligē- tie uel inaduertētie notam. Ita tamē in singulis his & consimilibus me- dicus modum obseruet; ut tamē sal- uo eius honore nō fungatur mulie- rum neq; astantium officio; Sic enī uilipenderet seipsum. Erit medi- cus magis sollicitus de dieta q̄ de po- tione aut chirurgia. Vnde Damasce- nus; Si dieta curare potiris prosperā inuēies; propter quod Galie. primo regiminum acutorum dixit; q̄ me- dicus debet habere duos oculos. De- xtrū attentū ad uirtutē; dieta. s. con- seruandam. & sinistrum ad egritudi- nem depellendā & fugiēdam per po- tionem & chirurgiam. In singulis uisitationibus studeat medicus ali- quid noui faceē uel ordiāre uel mu- tare; subtrahere uel addere; ne fru- stra uideatur omni uice uisitasse. Ad usum tamen medicinarū; si de- uenire opus fuerit; utatur medicus mitioribus & nature magis familia- ribus. Erit igitur in usu eius medi-

cinā potius cibalisq; uera & pura me- dicina. Nana blandiri corpibus hu- manis patientibus magis prestat; & hoc si cura blanditiua sola morbus depelli possit. Paret itaq; medicinas iocundiores & sapidiores. Vnde da- mascenus in Afforismis; Medicina que temperamento uicina est odo- rifea. Si secundum eam cibus fieri possit optimum esset medicinarum uirtute tamen integra seruata; ut in- quit Galienus; Et in hoc bona caute- la obseruetur; ut cū brodio aliquan- do exhibeatur; ut māna & aliqua cō- similia. Laudauit enim Damasce- nus in Afforismis suis quietem sup- positionem; idest dimissionem medi- cine. Vnde Galienus octauo mei- mir dixit; Cibi apd ea que nutriun- tur; idest membra familiaritatem se- cundum bonam substantiam hēnt; quod est maximum. In curis passi- onum que fiunt secundum discrasia- am; optime enim operantur ea que cū hoc q̄ sanant discrasiam possunt nutrire. Ad puras uero medicinas cōuersus medicus; si opus fuerit; eas potius paulatim q̄ subito prestat ap- proximata; & exterius magis; q̄ inte- rius; hoc tamen faciēdo; prout sanā- de dispositionis requirit necessitas. Solutiuas medicinas quoad fieri potest deuitet; earum usum differat q̄ si eis uti oportuerit expedit ut eas cognoscat medicus quas ordinat ut non ordinet pro salute letiferam. Cauere quoq; debet ne in substātia earum sint sophisticate; aliter falsifi- cate; ne sint in earum dosi uariate; ac sint corrupte; aut nimia uetusta;

te consumpte spiritum non habentes; eas quoque uel consolatas; uel ad eorum consolationem protinus intendat. Caueat medicus usum medicinarum opilatarum; ut possibile est; & cum eis indigerit eisdem refractis; & potius exterius quam interius; & per inferius magis quam superius approximatis ut precipit mesue in sua consolatione medicinarum. In cura egritudinis non datis inducias; ut doloris intestini colici uel squinatiae; expedit medico promptum esse & solertem & copiosum in exhibendis remediis gradatim unum post aliud sine intermissione administrando. plurimum enim laudandus est medicus copiosus in remediis presentaneis. Expedit tamen medico ut cautus sit secundum discursum temporum distinguere antiquorum canones; quoniam natura humana & omnium inferiorum permutata; & imbecillior facta; continuoque labitur in defectum; ut denotat stature minoratio; corporum robur; operationum perfectio; omnia diminuta & uite abbreviatio. Facit autem ad hoc non parum prauum & inordinatum uiuentium his temporibus regimen. Genus, n. humanum; teste galieno in de regimine sanitatis in gulositatem lapsum; in incontinentiamque precipitatum; de curato factum est discretum; propter quod semine eius est tale & quod ex tali semine nascitur; inde generatur discretum modicum adhuc uiuens; quo fit; ut imbecilli nature humane iam facte multa que olim fuerunt remedia potentia uel salubria hodie uel sunt mortalia uel debilia uel inutilia. Testis est mihi Serapio primo breuiarii dicens

elleborum nigri qui securior est albus nunc esse diuidendum; & elleborus albus tempore mesue erat intolerabilis; sicut uelut uinum perniciosum propter debilitatem nature. Recte ergo dicuntur medicis nostri temporis quos mundi labor agitat antiquorum dogmate secundum tempora distinguere; & effectum nature omni intentione liberare. Expedit medicum recte considerare patientium diuersorum naturas diuersas; ut caute procedat. Vnde Galienus super ultimo Epidemiorum ypocratis ait quosdam tales esse qui de lectationibus se & eorum desideriis continent; & aliqui e contrario bene se ab illis continent. Terrebit igitur medicus & ex officio suo trepidabit patientem inordinatum & incontinentem; sibi quoque efficacia predicere que inde possunt sibi accidere incommoda ex incontinentia; & si persistat incontinens aliquantulum descendendum est illius desideriis. Dixit galienus, sexto meimix qui regulari utitur metado, & cum hoc cognoscit simplicium farmacorum uires; nunquam carebit auxiliis; siue moretur in neore; siue agat aliquod opus in agro; siue sit in itinere farmaciis carens; sicut existratus scribit; quod curauit se cum rubi succo; non presente in illo loco alio farmaco. Si acciderit patientem nolle uti remedio sibi ministrato; ut aqua sumac; que confert in disinteria & fluxu uentris; colorada est ad similitudinem uini; & dicitur esse uinum limphatum. Similiter de uino granatorum; dicendo patienti quod est uinum uerum; sed paucifere. Caueat medicus approximare fomentatio-

nes infrigidates uel ebrotas circa ali-  
quod mēbris tpe & cōs; neq; tpe sudoris  
uidelicet in declinatione paroxismi  
plurium febrium. **E**rgo medico:  
si post exhibitum pharmacum solutiuum  
non sequatur inde solutio in culpa astā-  
tes uel malum regimen infirmi; ut qd  
dormierit uel non dormierit super as-  
sumptum pharmacum; uel qd exposuerit  
se aeri uel uento; aut qd iratus & cete-  
ra similia. Non debet medicus cui-  
cunq; dolori leui contingenti in fe-  
bribus exhibere medelam nisi excesse-  
rit. Si egrotante in piculo uite de-  
reliquit medicus non reuertatur ad eum ne  
forte obies frenesi; obuiet fueri uel  
exequiis illius; sed mittat faulum uel  
nuncius; ut inquirat de statu illius.

Et bona cautela est; ut si uespere  
illum uisitaueris; & dereliqueris il-  
lum ualde aggrauatum ita ut dubi-  
tes de eius morte in nocte dicas il-  
lis de domo illius; ut bene tempesti-  
ue significant tibi de statu illius; si  
mane ueneris nuncius iam innotes-  
cet tibi de conditionibus patientis.

Si non ueniet; iam coniecturari po-  
teris de eius morte. Fugiat medi-  
cus quantum possibile est moritu-  
ros neq; ualde propinquos morti ali-  
quid operetur; ne si moriatur cito;  
dicatur se illum interfecisse neq; sit  
presens dum homo moritur.

De spali cautela circa aliquos mor-  
bos; & corpora. **Rubrica.**

**E**xpedit medico eorum cor-  
porum curam reuere ex-  
quorum cura facile potest  
incurrere infamiam; sicut  
precipue sunt infantes; pregnantes; &

oculorum egritudines. Laboranti-  
bus preterea lapillo nullum excidat  
sed ex parte eius artis hoc negocium  
permittat medicus; ut precepit ypo-  
crates in suo iureiurando. Caueat  
igitur medicus dum pregnantes cu-  
rat si contingat eas curare ne pregnā-  
ti exhibeat medicinam; nisi quam qui  
sunt de familia eius preparant; uel sal-  
tem bene noscant; sicut ius pulli mā-  
nā; & talia leuia. Quod si ad for-  
tiora deueniendum iit; sicuti etiā ad  
flobothomiā caueat ne solus talem  
prouinciam aggrediatur; sed socium  
habeat; ne solus imputetur de ab-  
orsu; si contigerit. Sit memor si  
ad prouocationem abortus aliquo  
speciali casu ducitur minus malum  
esse in principio inpregnationis; qm  
ultra procedente; quia non est tante  
perfectionis. Obseruet precepta  
ypocratis in iureiurando. Nullius ro-  
gatu mortifera uenenum alicui det  
medicus; neq; id cuiq; consulat neq;  
assignet; neq; qd significet; neq; de  
eo loquatur; neq; pregnantī mulieri  
ad interficiendum fetum potionem por-  
rigat; neq; cōsulat; imo protinus de-  
neget; neq; quale; aut qd sit cuiq; cō-  
memoret; & petentē corripiat & re-  
phendat. Quod si reprehensio non  
proderit cōtra tales proteruo uultu  
omnifariā est insurgendum. Ad me-  
delam corporis neutrorum ut nūc non sta-  
tim approxiet medicus solutiua for-  
tia; ut pillu. cochias; uel aliud hmoi;  
qa multi taliū; & multoties euadūt  
p solā dietā; & passio p cōstitutionē  
aeris sequētib; diebus ex se rece-  
dit nullo adhibito medicamine.

## De mercede medici accipiēda.

Icet intentio medici non debeat esse in medēdo ad pecuniam; sed a deo retributionem & meritum expectare; auctore Halyabate; Attamē quia expedit medico quoad fieri potest celerius; ut eger cuius cura salutis sibi commissa est sanitati pristīe restituatur; precipiente ypocrate in suo iureiurando; medicum nemini egritudinem dilaturum. Egritudines enim cum prolongantur nō relinquunt medicum omnino immunem ab infamia saltem apud uulgares. Inter ea autem que opitulantur ueloci salutis est ut patientem; & qui sui sunt pro uiribus alliciat & obliget; ut mādatis suis obediant. Ideo studium medici sit; & q̄ nō sit postponendum ut a patiente suo decenter satisfiat. Sic enim medicus maioris apud illum efficietur auctoritatis; illum excellentiorem iudicat; ipsum sibi ad humanā cōmunicat politiam; Illi omnes obtemperant conantur; ne amittantur expense; sicq̄ demum citius sanatur; iuxta illud; empta solet care multis medicīa iuuare. Si data sit gratis nihil confert utilitatis. Triplex autem est modus se habendi patientis ad medicū. Unus quo patiens dicitur diuinus; respectu medici; & hoc quando īfirmus uehementi lāgore cruciatus medicum deprecatur de restituēda corporis sanitate. Dyabolicus uero; dum sanitate iam adeptā medico ut decet non satisfacit; illū negligit me

dico obuians; illum fugit ueluti diabolicis uestigiis cōnatum; sed humanus; si patientem sanatur; & post adeptā sanitate medico iuxta merita satisfacit; illum sibi reputās dominum & amicum. mercedem igit condignam sine intermissione recipiat medicus. Neq̄ unq̄ sit oblati negator; nisi fortasse sibi quid prius intulerit tanti; & maxime cum minor aut mediocris fuerit medicus; Dignus est enim mercenarius mercede sua. Meminerit medicus artem medicinalem; & precipue curatiuam marti ascribi oībus fere planetis odiosioris irremuneratiōis ob iurgio; & omnis iniquitatis datori; propter quod expetit medici negocium ne decipiatur primitus firmare nisi patiens magnificus fuerit; & curialis; uel fuerit tibi affinitate cōiunctus; aut pauper; ex hoc enī centuplum accipies. Ex alio lex affinitatis suadet. Pauperes uero & egeni non sunt opprimendi neque deserēdi intuitu saltem pietatis; cum inde consurgat medici laudabilis fama. Quod enim habundanter medicus accepit pauperibus uelit amore bonitatis Saluatoris nostri impartiri. Ab aliis uero accipiat; omni tamen cum modestia q̄ ut uolens uelit; & quasi ueluti non aduertens animaduertat; & quasi reuens libenti animo manuum cum dexteritate porrigendo recipiat; ne de nimia siti & auiditate notetur. Nec profecto ē nostratum iter ceteras miseras dura conditio; ut patientibus uideat nihil nr̄i in eorū uisitatiōibus impē



dere, ppter quod obsequia medico-  
rum innititur ead multū. Nisi  
ergo medicus preterea recipiat labor  
eius uertet in dānum. Sed cū labor  
ē in damno mortalis cōscit egestas  
& qui emit rem care; & eā uult do-  
nare disponat se mendicare. Memi-  
nerit quoq; medicus q; sine bōis ex-  
terioribus quorū fortuna est domi-  
na non contingit eē hoīem felicem  
neq; ab eius memoria excedat pre-  
ceptum antiquum. Dū dolet infir-  
mus medicus sit pignore firmus; ex-  
pers langoris nō ē mēor huius amo-  
ris. Et iterum dū morbus fortis est  
medico promittitur.

Licet autem hec obseruāda sint in  
mercedem accipiēdo; in petendo  
tamē eam caute procedat medicus;  
ne; ut aiunt; in fractiōe panis digno-  
scatur. plerūq; enim medici ita mo-  
dum excedunt in petendo ut ars no-  
stra uilescat; imo & aliquādo pro fo-  
ro; & in iudicio litigādo statuunt p-  
cessus ordinarios. aut q; profecto ui-  
tuperandi sunt; in oī enim negotio  
cauendum est; ut nequit nimis. Si  
ergo contingat patiētes periodo fle-  
gmatis ī dādo piodicare; motu scili-  
cet quotidiano; aut motu colere de  
secundo in secundū; ferat medicus  
equo animo; Sic enim non tolerabi-  
lis est his nostris luctuosis tempori-  
bus conditio. Si autem contingat  
ut plurimum sit patientem in dan-  
do ad peryodū melancolie de quar-  
to in quartum peryodicare bōa cau-  
tela est ut medicus aliquam de; diur-  
nis uisitacionibus negligat; matuti-  
nam uidelicet; aut uespertinam. Sic

enim notum fiet patienti uolēti in-  
telligere cām. Et stimuletur; ut fe-  
quenti uisitacione medico satisfaci-  
at; & oīo quantū est possibile; inter-  
rumpendi sunt motus quartani; qu-  
tani & sextani; & qui in amplius p-  
tendunt; ceu iūtiles medico & oīo  
perniciosi. Quod si surdū se pre-  
beat patientis; hac cautela ad aliā de-  
ueniendū est; ut astantem fidū; uel  
apotecarium. uel alium in quo cōfi-  
det medicus mōeat ueluti ex se; uel  
patientem; uel affines aut aīcos mo-  
neat ut medici memores sint; si fe-  
stinam salutem patientis exoptent.

#### Capitulum quintum.

De modo se habendi medici er-  
ga p̄sētes; & p̄rio erga ifirmo astantes  
Xpedit medico cū familia-  
ribus domus patiētis uer-  
ba nō multiplicare nisi ea  
tātū que ad ifirmi curam  
pertinēt; sed p̄ ministros idoneos cō-  
scios exequendo ea que ab eo ordi-  
nantur; iuxta uarietate ipsorū & oc-  
cursum synthomatū; & aliorū simi-  
liter & que fideles & sollicitos ī flo-  
botomando uentosando; & scalpel-  
lando & sanguisugas apponēdo; & ī  
fricando; & ligaturas in extremis fa-  
ciendo; & in oībus aliis acquisitis p-  
officio astantis; neq; post hoc habeat  
medicus hoc p̄ceptū; imo ad inuen-  
tionem aliquorum talium; & inuen-  
torum cōseruationem pro uiribus  
euigilet; nā etiam mediocris error  
circa ea que sunt astantis potest es-  
se causa interioris patientis. Et his ta-  
libus utator & procuret; ut decenti  
eorum mercede accipiantur p̄ astan-  
d

tibus infirmorum suorum. Et circa eos existens talis astantis honorem medici tutatur: ipsum summis laudibus extollat: & presto sit ut fideliter exequantur que per medicum ordinantur. Si uero ut plurimum fit: inueniat astantes idiotas: utatur medicus bona cautela: ut eos sibi reddat beniuolos: eorum officium laudando & modum: sollicitudinem: amorem & diligentiam. Sic enim faciens eum astantem sibi deditum ut partes concernentes honorem: & utilitatem medici tueatur. Si tamen arrogans est aut presumptuosus: uel insolens: nimium sibi ascribens: Bona cautela medici est: ut eius insolentiam cum bona modestia refragat: eius dicta uel opera non omnino acceptando: sed uel mutando: uel aliquatulum limitando: uel quomodolibet alio modo uariando: ne omnia sibi ascribat. Tutius tamen est ut eum sibi aicum faciat quam cum eodem altercari: nisi medicus tante auctoritatis esset ut posset ipsum a passione reuocare: & eius loco alium substituere. Et omnino oportet medicum in omnibus esse sagacem & astutum.

De modo se habendi medici erga mulieres patientis.

Iligenter aduertat medicus: ne infamiam inhonestatis incurrat. Erit medicus auctore halyabate procul ab omni libidine: Nec ad cuiusquam de causa matrem aut uxorem: cetera uel. s. que egrotantis sunt intueatur. Cum mulieribus igitur domus infirmi uerba non multiplicet medicus

nisi tamen que ad illius curam pertinent. Eis non percontibus prebeat consilium: quatenus minus cum eis alloquens inhoneste aliter enim ludibrosus esset omnibus: & cum damno & incursu infamie uituperandus. Nihil in secreto in domo patientis cum aliqua muliere pertractet: nisi ipsa annosa fuerit cum qua de secretis mulierum pergrere licet. Fugiat neque tactu: neque aspectu in aliquam earum flammam libidinis inardescere. Non utatur igitur medicus magnis colloquiis neque consiliis: neque risu inhonesto: neque uerbis obcenis aut luxuriosis cum uxore aut mulieribus patientis. Iurauit yocrates: & iureiurando medicos astrinxit euitaturos se omnem iniuriam: omnem corruptelam circa genus turpitudinis res etiam uenereas sponte sua: siue muliebria corpora curauerint: siue uirilia.

De modo se habendi medici erga alios medicos in eadem cura sibi delegatos.

I ergo contingat: ut moris est plures medicorum in eadem cura constitutos esse aut ergo post ipsum uocantur: aut ipse post eos uocatur: sicque est de more ut proborum medicorum ordinare: & socios petere: ut fuit etiam mos galieni. Fortasse enim inuenirent plures remedia saluberrima: que non inuenit unus: iuxta illud: Quod tu non nosti fortasse nouit offellus: In quibus casibus sunt cautele obseruande. Non presumas solus curare egritudinem de qua rationabiliter mors cognoscitur: sed so-

ciū uel plures petat. Societas enim non aufert preteritum: sed singularitas plerumque inuicem parit: imo affinibus & amicis patientis sūt astringat ad dandum tibi sociū alias se curaturum nequaqua. Si medico incūbit sociū petere: eligat ex eis nō inuidū: non emulū: non malignum: neq; inanis glorie quesitorē: sed ex eis fideliorē seniorē aliquando & magis ab egro affectatū: cum quo de cōicato cōsilio fiant singula. Si enim post medicum uocatur unus uel plures: sicuti opulentiores quidam fastu quodam deducti plures conuertunt ad se medicos quod nūqd cōferat patiēti uel ne impertinens ē proposito. Et sint plebei aut pure empirici cū illo uel illis nō solenniter: ut moris est conferat casū patientis. Vilescit plurimum intellectus canonici medici: dedignatur si sapit: uenietq; forte is plebeius in aliquam casus notitiā: si canōice cū eo casum conferat: precipue si perspicacis uerbi fuerit & boni iudicii: ut plurimi reperiuntur. Si uero in scientia medicinali doctrinatus fuerit: & ei associatūr in cura: equo animo & benigno de gerendis circa infirmum conferat seorsū amotis uulgaribus: immo & omnibus amicis: & affinibus patientis: nisi forte eēt aliquis medicine professor cui iure & ex merito non est negandum cōmercium uel collegium. Vnde plurimum dānādi sunt qui publice collegiant. Tum quia difficile est quin uel discordia: uel iurgiū uel dissensus aliquis euēiat: seu oriatur inter

collegiantes nō sine uulgariū murmuratione & medicorum contemptu. Tum etiā quia presentibus extraneis quilibet exponit se ut uideatur socium excellere: ut superior appareat: & hec omnia in proditione anime eorum. Quod si tecū associatus: uel plures fideliter agēt: idētidem illi impendas. Si uero ecōuerso: & tu idētidem illi. Par enim pari referto: quod placeat uel mordeat.

In collegiando autem obseruetur modus canonicus principis prima primi in capitulo de subiectis medicine ratiocinādo circa egritudines: & earum causas particulares: & earum signa usq; ad pnostica: & qualiter egritudo remoueatur: & cuiuscunq; earum rerum esse occultū fuerit: & ad illud demōstrationem afferre ignotum tale: siue fuerit causa: siue signum diuidendo: numerādo: & complendo. Expediit medico antequam socius illi uocetur in cura ipso sciente de futuro socio ordinare quecunq; possibile est in cura patientis in quacunq; forma fuerit: ne altero superuocato medicus uideatur in aliquo remedio defecisse. Quod si dicat publice prouocatus medicus aliquod remediū p̄cedētem medicum non ordinatū dicat p̄cedētē medicū illd fecisse. & quotquot adducit in mediū superuocatus medicus oīa dicat se admistrasse: etiā si uerū nō sit: ne de ignorātia imputetur. Si uero contingat medicum ad curam patientis alterius medici superuocari: bona, n. caute: & laude digna ē petere nūqd aliud

medicus illū uisitauerit uel nē. Et si sic aliqua de remedijs suis laudet & eum in socium querat: eumq; uocare faciat: etiā si discipulus sit: neq; dedignetur: sed decenter honoret: & cū eo seorsum de dispositiōibus egri consulant uoce submissa & facie depressa & uideatur super omnibus attentius cogitare. Quod si aliquis illū errasse cognoscat nō sit illius erroris publicus p̄palator: sed potius ipsius tacitus corrector. Si egritudo dat inducias expectā medicum: cuius ista fuit cura principalis secū conferre casum & quecunq; acta sunt & intelligere: nihilq; de fiendis approximare: nisi de eō communicato cōsilio. Sic enim nisi malignus sit ip̄m facis tibi beniuolum. Quod si aliquod nouū remedium in mediū adducas: & dicat p̄cedens medicus illud fecisse. Respondēdū ē illi: factū fuit tale remedium eo tēpore quo non cōtulit: sed fiat iterū: quia nūc est tempus: & addat illico aliud remedium: & ita caute procedat. Quod si contingat medicum socio te inuito exhibere aliquā medicinam p̄cipue solutiua uel curam dimittas manifestata uoluntate tua prius amicis patientis: uel nō p̄mittas eam exhiberi nisi cū protestatione p̄cipue in egritudine suspecta.

Discussis autem omnibus p̄ cura patiētis: & uisis signis: & collegio completo accedant ad patientem.

Et si publice aliquid dicat socius: quod prius non dixerit: uel non oīo laudes nisi tepide: uel si laudat capere: & laudet alter cicoreā: uel ali-

quod cōsimile: ut honori ēt suo medicus cōsulat. Non ut malignus medicus detractor: sed dū magis & apertius detrahatur: minus illi creditur. Eius ueneni detegitur: magis diffamatur: & ueluti gladiū iugulo suo apponit. Plurima laude digna est modestia in oī artificio: maxime tamē in medico: sed mixta sit astutiae & sagacitati: nam non minus uituperatur nimia simplicitas: q̄ superflua duplicitas & triplicitas. & omnino non sit medicus immēor eius quod dixit Horatius. Est modus in rebus: sunt certi deniq; fines: Quos ultra citraq; nequit cōsistere rectū.

De modo se habendi medici erga discipulos auditores: si doctor legens fuerit.

Officium docentis medici est hanc artem sine mercede & pacto edocere: p̄cepta omnia libenter & fideliter tradere. Officium doctoris medicine est ueritatem scibiliū medicine auditoribus manifestare: que in libris auctorum sunt: bono animo dilucidare. Iniqui profecto animi est sciens nolens docere: iuxta illud. Infelix qui multa sapit spernitque docere. Quecunque experta didicit & inuenit memoratu digna ex eis reuelare. Ab erroribus se cauere: semp̄q; discipulos ut ab erroribus se custodiāt mōer. Si p̄ti theorice ī legēdo icūbat ad opationem canonum speculabilium se uertere: ea quoad fieri poterit luce clariora

redderent: non nulli canones practicos  
interferere: non impertinenter: neque in  
utiliter auditoribus persuadere par-  
tis theorice utilitatem & dignitatem  
quom speculabilia medicinae sint ue-  
luti fundamentum consideratorum in  
parte practica nequaquam post se habenda.

Si uero parti practice: illud idem suo  
modo auditores tamen hortari: ut  
parti curatiue immergant casus pra-  
cticos: & secreta remedia secundum exi-  
gentiam egritudinum singulis lectioni-  
bus narrare. Partes practice utilita-  
tem: & gloriam: quom sit ueluti finis  
consideratorum in theorica declarare.

Expedit tamen ita omnibus suadere  
& eos ad medicinam allicere ita theo-  
ricam: ut non totum adulescentie tempus in  
ea conterant: & precipue in quorundam  
modernorum speculationibus: ne in il-  
lis theorice giris: atque meandris uelu-  
ti in syreneos scopulos consenscant  
non aliter ita etiam ad partem operati-  
uam eos allicere: ut theoricam non ne-  
gligant sine qua nec sciri practica per-  
fecte: neque saluatur quis ab errore in  
actu operandi.

De modo se habendi medici er-  
ga aromatarium.

Expedit medico eligere si-  
bi fidele aromatarium & quom  
artem suam nouerit omni mo-  
do opportune tam in simpli-  
cium cognitione quam in eorum per artifi-  
cium debita promixtione ad antidota  
componenda quocumque modo & for-  
ma illa debeant ministrari: & in aliis  
que ad artem pertinent sit instru-  
ctus illicque suadere: & precipere: ut me-  
dicinas eligat congruas: easque precio

condecienti uendat. Prestat medico  
si medicinam solutiuiam ordinat: uel  
opiatam: ut ipse presens adsit & inter-  
sit: ut conuenienti qualitate: & ordi-  
ne: & pondere preparetur iuxta medi-  
ci preceptum: ne error committatur. Si  
contingat medicum ordinare aliquam  
medicinam solutiuiam: uel opiatam in  
aliqua egritudine timorosa ad fu-  
giendam infamiam possibilem eueni-  
re si forte medicina ista effrenitaret  
nimium soluendo: uel opiatam nimium  
stupefaceret & res succederet in fini-  
strum bona cautela est ut non ordinetur  
tota dosis: uel nulla fiat mentio in re-  
ceptariis per scripturam. Ne forte si  
res male succederet uenirent amici  
ad uidentium que medicina fuit ista:  
& ita infamietur medicus: sed secreta  
committant aromatario fideli quom ac-  
turus sit & in quom dosi: cui precipiat a me-  
dico: ut nemini dicat ordinationem  
illam: neque illius appareat scriptura.

De modo se habendi medici er-  
ga plebeios.

Non est parum difficilis me-  
dico hic modus uiuendi  
quom omnis plebeius uulga-  
ris ydiota ignorans est. Om-  
nis autem talis ignorans est malus sem-  
per scindens in contraria: caute proceden-  
dum est maxime medico conducto  
ad curam alicuius communitatis. im-  
possibile est enim omnibus indul-  
gere: & complacere. Vnde hac no-  
stratum ut ita dicam miseriam & in-  
felicitatem considerans galienus in li-  
bro pronosticationum auctoritate pla-  
tonis ait. Si debent comparari ab in-  
satis: uel ab hominibus insipientibus

tibus medicus & cocus, cocus non in medico id quod plus deportabit.

Expedit igitur medico ut omnibus existat notus bona fama & doctrina nemini tamen familiaris ne nimia familiaritate contemnatur. Si tamen cum aliquo uulgarum affinitate coniunctus sit; & magis illi familiarem se prebeat excusatur. Non seuerus neque crudelis; ne propter illa deuitetur. Vulgo moribus & gestis & uerbitu laudabiliter se ostendat. Si cum uulgaribus sermonem habere contigerit nullius dicta reprobet. Cum eis non est altercandum; sed affirmet que communitati hominum uidentur; & laudet ueluti utilia. Omnibus affabilem se reddere; neminem spernere; omnibus benigne remedia exhibere. **Q**uomodo tempus loquendi datur medico; sit ille affabilis; ornate & pulchre cum quadam grauitate loquens et in parabolis aliquando dicunt sapientes; non pudeat medicum uocari parabolanum; quoniam euangelica lectio doceat summum medicum Iesum Christum fuisse parabolanum; id est in parabolis loquutum. Omnis autem Christi actio nostra est instructio. Iurgia; litres & partialitates; que plurimum solent oriri & foueri in ciuitatibus uel communitatibus quouis modo fugiet commune bonum ciuitatis illius uel patrie zelat; laudes uulgi non cupiat; nam uulgus ignobile non discernit peritum ab imperito laudandum; uel commendandum a uituperando. Honores seu reuerentiam sibi exhibitam non spernat; propter quod si per ciuitatem uel alia loca publica transire con-

tingat equester fallentus uel pedes; & cum reuerentia saluetur; unicuique reddat consimile mandum se porrigens. Petens ut consilia medicus conditiones petentis; & materiam petitam consideret diligenter. Nam si petens fuerit fide dignus; neque a casu petens & de re licita petat; ei consilium est exhibendum. Hic tamen bonam cautelam seruare oportet; ut ars magis sit in precio; Medicum tamen ex improuiso petenti; & quasi a caeco non illico medicus prebeat remedium etiam si in promptu haberet remedia; Sed differat precipue si dispositio de qua petitur dat inducias; & iubeas illi ut in crastinum deferat urinam; ut uideatur uelle maturius accedere.

Capitulum Sextum & ultimum.

De modo se habendi medici quantum ad ea que extrinsecus sunt.

Ita medicus quo ad facultatem diues; uel saltem non omnino egenus eius locus habitationis; siue domus omnibus notus; ut inueniri possit; emergente necessitate. Hospitium tamen eius quo ad intima secretum; paucisque notum non resonans; non calcatum; & in cursibus dixit conciliator. non etiam mitris & uexillis medicinalibus organis insignitum. Non est medici querere festiuitates; neque catas; neque tripudia. Non sit medicus pulsator instrumentorum musicalium. non prostibulorum uisitor. Non conuersetur cum pollutis & publice peccatoribus aut infamibus aut flagitiosis hominibus; & precipue homicidis. Non occupetur in rebus publicis & negociationibus

Ex his enim ostenditur: ut fundamenta  
medicine negliguntur. cōfidentia in  
firmi de medico auerellitur. auctori-  
tas minuitur: & denique utilis & no-  
cuius medicus iudicatur. Nō intro-  
mittat se medicus ī emēdo necessā-  
ria domui: p̄cipue circa uictū quoti-  
dianū. uilescit. n. & a uulgo notat̄.  
Nō uēatiōibus occupet̄. nō armis.  
nō in alchimia qua hoīes postremo  
solum ditantur spe: fuligine: & stul-  
titia. Non agricultura. Non pō-  
posus per ciuitatem īcedēs & ut sit  
ad unum dicere omnis medici īten-  
tio: & occupatio sit circa medicina-  
lia duntaxat. Dixit haliabas: uolē-  
tē itaq; medicum esse p̄fectū: obser-  
uare oportet hec mādata: & eis in-  
formari qui ducti sūt moribus: nec  
contemnere oīo. Si. n. his inheserit  
medela eius recta hominibus cō-  
placens fiet: inclinabunturq; ad eū:  
amabitur: honorabitur. hōesta erit  
eius fama apud eos: nec nō cum his  
meritis & p̄miis premiabitur apud  
deum. Inquit nicolus: ad conuiu-  
um inuitatus medicus si potest pri-  
mum locū sibi non uendicet: neq;  
ostendat se īportunum: neq; fameli-

cum. nullum cibum uituperet. nul-  
lumq; fastidiat: esto etiā q̄ uituperā-  
dus esset: sed summe laudet qualita-  
tem: & quātitatem extollat. non cō-  
mendet ad implendū uentris lacu-  
nam: sed in cibo & potu sobrius sit.

Et si in domo patientis fuerit tūc  
cum ciborum oblectationibus oc-  
cupatus fuerit: non obliuiscatur pa-  
tientis: sed ad infirmum mittat: &  
de statu eius inqrat: ut nomine sui  
patiēs cognoscat: q̄ medicus etiam  
inter delicias sui non obliuiscatur.

Cūq; a mensa surrexerit ad infir-  
mum ingrediens dicat sibi optime  
paratum. Hec q̄dem sunt: que ad  
medicum referri oportet que qui  
inuiolata: incorruptaq; hoc modo  
pure & sancte: recteq; seruauerit ur-  
bes frequentando nō uerbis solum  
ueq; etiā re medicus censebitur: ui-  
ta: arteq; sua felicissime: fortunatissi-  
meq; fruetur: eius nomen: & gloria  
apud uniuersos homines: & natio-  
nes imperpetuū celebrabitur. Trās-  
gredienti autem contraria omnia  
euenient. Finis.

Deo gratias Amen.  
Ad ementes librum hunc.

Que cuncta tenuit: tenet hic libellus amice  
Ypocras: & canonum qui sapiere senex.  
Hunc eme si poteris: poteris modo cūcta doceri:  
Et cautelarum diceris hermogenes.  
Hunc uerona quo zerbis gaudet scripsit appollo  
Direxit mentem: cetera cuncta sibi.  
Hunc eme qui cuncta senum: ueterumq; priorq;  
Scire cupis: alter eris appollineus.

Dominicus berthonus.

